



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

16. Die Stadt Dahme erklärt sich bereit, Verwiesene aus Märkischen
Städten auch ihrerseits von sich auszuschließen, am 25. Januar 1309.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

de aluensleue, Drosickonis, Borchardj Gruwelhut, militum, Terram blekede cum Omnibus suis Juribus, Bonis et attinencijs et Theoloneo, quod ibidem habemus, vendidimus iusto venditionis titulo pro mille marcis stendaliensis argentj, Ita tamen vt dictam terram tam in Edificijs castri quam in Suis vtilitatibus alijs conuertat et disponat ad omnem vsu suum, commodum et profectum. Si autem ex hijs premissis dicto Awnculo nostro aliquod impedimentj vel intricacionis euenerit, Nos de Omnibus hijs que premittuntur warandiam facimus et faciemus, et quancunq; sibi necesse fuerit Ipsum Iuuabimus auxilio manualj contra quoslibet, qui ipsum de iam dictis duxerint inpugnandum. Vt autem hec firma et rata permaneant, Nos et nostrj heredes dicto nostro awnculo et Suis heredibus fide data promissimus et promittimus firmiter obseruari. Testes vero sunt Fredericus de aluensleue, Bartoldus, pincerna, Droyficko, Borchardus de Bertensleue, milites, et alij fide dignj. In cuius rej testimonium presens scriptum cum Sigilli nostrj appensione fecimus communirj. Datum et actum Ghifhorne, Anno dominj M^o. CCC^o. VIII^o., In die Omnium sanctorum.

Nach Subendorf a. a. D., S. 127.

16. Die Stadt Dahme erklärt sich bereit, Verwiesene aus Märktischen Städten auch ihrerseits von sich auszuschließen, am 25. Januar 1309.

Honorandis ac myre providencie viris in Berlin nec non in Colonia consulis et scabinis universitatique ibidem consules et scabini universitatisque vulgaritas in Damis obsequii promptitudinem sincero cum affectu. Tenore presencium vestre providencie declaramus publice protestando edictum habitum et progrediens per nobiles et tutores pacis terrarum nos velle inviolabiliter observare, videlicet quicumque maleficum tam spoliatorum vel exigentibus mercatis (meritis?) dignis, ubicumque locorum sub principatu illustrium principum dominorum de Brandeburck Marchionum vel apud vos proscripti fuerint, apud nos proscriptos habebimus vehementer, dummodo nomina proscriptorum in littera proscriptionis sub sigillo aliquarum civitatum sub principatu dictorum Dominorum vel a vobis receperimus manifesta. Ad majorem autem evidenciam presentes litteras appensione nostri sigilli fecimus consignari. Hoc edictum a festo Epiphanie Domini erit duraturum omni tempore succedente. Datum anno domini MCCC. nono, in die conversionis beati Pauli apostoli.

Nach Zimmermann's Mittheilungen, Städteverf. II, 161.